

Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Casvvm Conscientiæ

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisqve
Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Sayer, Gregory

Venetiis, 1627

xij. Quibus modis tollatur irregularitas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13883

recte Henriquez lib. 14. cap. 4. §. 6. annotauit. Et quod ibi dicitur, *Totius spem promotionis amittant, intelligi potest de promotione ad dignitates Religionis, ut notat glo. fin. & faciunt verba praecedentia, vbi dicitur, Quid resurserit in Choro, Capitulo, Mensa, & ceteris, ultimi fratribus existant.*

26 *Quod dispensationem vero in his irregularitatibus, Dicendum est, quod in irregularitatibus ex delicto notorio, & depositione digno prouenientibus, si delictum illud sit Adulterium, vel quocunque aliud minus Adulterio, tunc quidem Episcopus dispensare poterit dummodo quis ante dispensationem obtentam non celebrauerit, quia si celebrauerit, tunc Papa solus dispensare potest, & non Episcopus; fin autem delictum illud grauius adulterio fuerit, tunc solus Papa dispensat, etiam si quis ante obtentam dispensationem non celebrauerit, vt nota Henriquez lib. 14. cap. 19. §. 2. & cap. 2. §. 4. post Martin. Ledesm. 2. 4. qua. 26. artic. 2. de Irreg. pag. 367. col. 1. Maiol. lib. 5. ca. 51. nu. 4. Greg. de Valentia tom. 4. disp. 7. q. 19. Puncto 3. §. 5. in fine. Cosinus Philiarchus li. 4. c. 15. & Toletus. li. 1. Instruc. Sacerd. cap. 28.*

Quibus modis tollatur Irregularitas. Cap. XIII.

S V M M A R / I V M.

- 2 *Irregularitas quo, & quibus modis tolli possit.*
- 3 *Baptismi, s, quamnam irregularitatem tollere possit.*
- 3 *Bigamia irregularitatem baptismus non tollit, sicut nec eam, quae ex defecitu Natalium nascitur.*
- 4 *Religionis professio irregularitatem tollit.*
- 5 *Religionis ingressu quid iure communi intelligatur.*
- 6 *Nouitius religionis privilegij gaudet, quamvis illius membrum non sit.*
- 7 *Votum simplex in societate Iesu religiosum vere constituit.*
- 8 *Religionis professio non omnem tollit irregularitatem.*
- 9 *Religionis professio quamnam irregularitatem tollat.*
- 10 *Religionis professio habilem ad dignitates non constituit.*
- 11 *Irregularitas quocunque dispensatione tolli potest.*
- 12 *Delictum occultum quodnam censendum.*
- 13 *Delictum Notorium vt dicatur, quid requiratur.*
- 14 *Prelati Regulares qualiter cum sibi subditis in irregularitatibus dispensare possint.*
- 15 *Prelati Regulares in bigamia, & homicidi voluntarij irregularitatibus cum sibi subditis dispensare nequeunt.*

- 1 *Hactenus qua ratione irregularitates incurruunt ostendit, nunc quibus modis tollantur, exponentum erit. Et quidem communiter docent Angelica, verbo, Irregularitas, 2. Sylue. verbo cod. 1. 18. Tabiena, verbo, cod. 5. Maiol. lib. 5. c. 51. Iacobus de Graff. lib. 4. c. 27. nu. 72. Toletus lib. 1. c. 31. & Henriquez lib. 14. ca. 17. tribus modis tolluntur, per Baptismum, per Religionis ingressum, & per Dispensationem.*
- 2 *Per baptismum quidem tollitur omnis irregularitas, que ex proprio delicto contrahitur; Item, que contrahitur ex infamia proueniente ex proprio facto, seu delicto, quia baptismus omnia delicta tollit, & que ex delicto consequuntur, Sylu. verbo, Baptismus, 6. quæst. 2. Tabiena, verbo, Baptismus, 8. §. octavo, & Henriquez lib. 14. ca. 17. §. 3, post gl. in c. Deinde, in verbo, inter peccata, dif. 26. Tollit etiam non solum irregularitatem, que procedit ex homicidio voluntario culpabilis, aut mutilatione prius facta, vt omnes DD. fatentur, sed etiam etiam, que procedit ex homicidio iusto, & licito, quale facit ludex, aut Miles in bello iusto, ex Angel. verb, irregul. 2. in princip. Sylu. verbo, Baptismus, 6. q.*

1. & verbo, Homicidium, 1. quæst. 8. vers. primum, & verba Irregularitas, quæst. 28. vers. primum, Tabiena, verbo, Irregularitas, 5. in princip. Maiol. lib. 5. c. 51. nu. 11. & Henriquez lib. 14. ca. 17. §. 2. & laius suo loco demonstrauimus; quorum ratio est; Non quia haec irregularitas contrahitur ex delicto, tollitur per baptismum, cum in hoc casu nullum sit delictum; sed quia cœlura, & Canones volunt tolli, nem irregularitatem ex homicidio quoconque contradicunt, aut saltene non imponunt irregularitatem homicidis, nisi post baptismum occidentibus, quicquid glo. in c. si quis viduam, in verbo, post baptismum, dist. sc. & aliqui pauci contradicunt. Sunt tamen multi casus irregularitatum, quos baptismus non tollit; Non enim auffert irregularitatem ex bigamia prouenientem, nec eam, quae ex defecitu Natalium nascitur; unde, tam bigami, quam illegiti, etiam baptizati irregularares manent. Sed neque eas irregalitatis auffert, quae ex defecitu, aut viilo corporis procedunt, si tales sint, vt inhabiles efficiant ad ministrandum, vel supersit grauis deformitas, vt patet in cœco, muto, & do, & similibus.

- 4 *Secundo tollitur irregularitas Religionis ingressu, & professione, vt prefati autores, vbi suprà tradunt, & expressum est in Authent. De Monach. in princip. collat. Circa quam materiam, notandum est, iure communi & antiquo, per ingressum Religionis intelligi professionem factam in aliqua Religione approbatas; Si quidem iure commun. & antiquo ingressus Religionis dicitur professio ipsius Religionis approbatæ, eo quod per professionem Religionis in corpus Religionis admittitur, & illius membrum efficiunt: Nouitius autem quamvis Religionis principi legij gaudeat in multis, non tantum in Corpus Religionis admissus est, tanquam membrum illius, donec profissio emiserit. Quibus hoc vnum addo, quod speciale est in Societate Iesu, in qua, cum per tria vota simplicia facta post biennium probationis, iuxta ipsius Societatis constitutions, vere & propriè quis Religiosus efficiatur, etiam per ea tollitur irregularitas, non quidem iure commun. & antiquo, sed iure novo, quo sic voentes vere, & propriè Religiosi sunt, vt patet ex peculiari Constitutione Gregorij Decimi Tertiij, quæ est 102, eiusdem in ordine, incip. Ascendente Domino 9. Et quamvis, edita anno 1584. octavo Kalend. Iunij. In qua hoc ipsum de ijs qui in sorte tria illa vota simplicia post Nouitiatum emiserit, declaravit, probavit, & definit, confutatis etiam locis de ijs, quæ contra obiecti possent, ac pena excommunicacionis lata sententia, necnon inhabilitatis ad quenvis officia, & beneficia secularia, & quorumvis ordinum Regularium, eo ipso absque alia declaratione incurrienda, indicata ijs, qui contradictant, Insuper referuata ipsi Sedi Apostolice absolutione ab huismodi, vt latius in dicta constitutio ne habetur.*
- 8 *Dubium autem est, An per ingressum Religionis tollatur omnis irregularitas? In qua re Nonnulli portant tollimem irregularitatem, quia in Authent. cit. dicitur, omnem irregularitatem tollit per ingressum Religionis. Alii, vt glo. in cap. 2. de apost. in verbo, Religionis, ait non tollit omnem irregularitatem, sed eam losum, quæ non provenit ex proprio delicto, vt in cap. 1. de fil. presb. ita, vt promoueri possit ad ordines sine dispensatione, sed nō ad dignitatem, vel Prælationem sine dispensatione, cap. fin. de filiis presb. & fætui Host. in cap. 2. de Apostol. & capelle Thomas Zerula, par. 2. Praxis Episcop. verbo, Irregularitas, Notab. Undecimo. Quidam vrglo. Bern. in cap. 1. de Apostol. dicunt nullam tolli, sed solum esse causam, vt factius dispensationem obtincent. Verior autem & communior in hac re opinio est, solum illam irregularitatem per professionem Religionis approbatæ tolli, quæ in iure expresa est, sic Panorm. in c. 2. num. 6. de apostol. Angelica, verbo, Irregularitas, 2. num. 1. Syluest. verbo, Irregularitas, q. 28. vers. Secundo. Maiol. lib. 5. cap. 51. num. 11. & Henriquez lib. 14. cap. 17. §. 2. In ceteris autem quæ in iure non exprimuntur, facilitor tantum dispensatio per Religionis professionem habetur.*

- 9 *Quod si queras, quamnam irregularitas sit in iure expressa, quæ tollitur per Religionis ingressum? Respondens collat.*

collam, quæ nō prouenit ex propria culpa, aut proprio factio, neque ex defectu aliquo corporis, vel animæ; tollitur enim ea, quæ ex defectu Natalum prouenit, vel quæ ex infamia contracta est ob delictum parentum. Quod vero tollatur per Religionis ingressum irregularitas illa, quæ ex defectu natalum procedit. communis DD. sententia, docet glo. in cap. fina. in verb. Sedis Apostolicæ, de filiis presbyt. Rich. 4. dist. 2. art. 4. quæst. 3. Sotus 4. d. 25. q. 1. art. 3. Conclu. 1. & citat ea, primum de filiis presbyt. & cap. 1. dist. 56. & ibi glo. Nauar. in Man. cap. 25. nume. 69. vers. Quarto, vbi ait ius commune ad omnes ordines etiam factos dispensare cum intrante Religionem, quod etiam expresse docet glo. in ea, 1. in verb. Maiores, de filiis presb. lib. 6. & idem Nau. in Man. cap. 27. num. 201. versic. Decimo. vbi citat Palu. 4. dist. 43. sed male, nam id docet d. 41. q. 2. art. 2. Conclus. 2. Conclu. in Clem. Si furiosus, pat. 1. §. 2. nom. 6. de homicid. Maiol. lib. 1. c. 10. num. 2. & lib. 5. c. 51. num. 13. Henriquez lib. 14. c. 17. §. 2. in fine. Rebuff. in pra xibentia, de dispensat. in defectu Natalium, num. 44. & nom. 66. & citat Archid. & Oldrad. & alios, & colligunt ex c. 1. de filiis presbyt. & ea. 1. d. 56. Notandum vero ab aliâ irregularitatatem per ingressum Religionis ex iure communi tolli solùm quoad ordines fuscipendos, non autem quoad Dignitates, Prelatures, administrationes, aut officia habenda, vt habeatur in cap. 1. de filiis presbyt. & glo. in cap. tit. eod. Solent tamen Religiones habere priuilegia, vt Regulares subditu defectum Natalium habentes promoueri possint ad officia, administrationes, Pra lauras, ac Dignitates in ipsis Religionibus habendas. Irregularitas vero, quæ oritur ex virtute corporis per ingressum Religionis non tollitur, quando vel impedit celebra tionem, vel hominem deformem reddit.

11. Torsa irregularitas tollitur per dispensationem: In qua re certum est, Papam tollere posse omnem irregularitatem, quia irregularitas Iure Canonico inducta est, & in ius Canonicum Papa plenariam habet potestatem, Episcopi etiam, & Prelati Regulares in quibusdam etiam dispensare possunt, & in omnibus etiam ex licentia Papæ potest. In particulari vero Episcoporum Concil. Trid. Sess. 24. de Reform. c. 6. dispensare possunt in omnibus irregularitatibus ex delicto occulto proueniéntibus, excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis alijs ad forum contentiosum deductis.

12. Dubium vero est, Quid in hoc Decreto intelligatur per delictum occultum; Quæ difficultas necessario explicanda est, vt siamus, que irregularitates ex delicto occulto contractae sint, in quibus Episcopus dispensare possit. Respondeo ex Maiolo, lib. 5. cap. 51. num. 4. Nau. in Man. c. 27. num. 25. & Henriquez lib. 14. ca. 20. §. 4. Delictum occultum non solùm quod est per se occultum, sed etiam quod licet de se probabile sit per testes, non est tamen notarium, vel famosum; sicut enim obuiatur scandalum, quod Concilium in hoc loco intendit. Vnde dicendum est, ibi acpi delictum occultum, vt distinguatur contra Notorium, & proinde quamus sit duobus, vel tribus, aut quatuor personis notum, dicitur tamen occultum, quamdiu non est Notorium. Est igitur occultum omne delictum, quod non est Notorium, vel per confessionem criminis factum in iudicio, vel per sententiam iudicis, vel per facti ipsius eidem in Cuiitate, Populo, Collegio, Vicinia, vel Loco, ex Nauar. vbi supra, & cap. 25. numer. 73. vers. Undecimo. & Syluest. in verbo Lex q. 13. versic. Decimo. tertio, in fine.

13. Notandum tamen est, non satis esse, vt delictum dicatur Notorium, quod actus, qui est delictum, sit notorius, sed delictum ipsum debet esse Notorium; Exempli gratia si excommunicatus celebrat, cuius excommunicatio est occulta, quamus celebret notoriè, & publicè, non tamen dicitur delictum illud, quod est celebrare in excommunicato, notorium esse; Quod enim celebret est quidem notorium, non tamen est notorium, quod celebrat in communicatione existens, vt Nau. in Man. ca. 27. nu. 241. & au. 255. vers. Duodecimo, recte annotavit. Quibus addo ex Nau. tom. 1. consil. 2. de sent. & re iudic. in nouis, & Thoma Zerula, par. 4. in verbo irregularitas, dub. 5. non

dici irregularitatem publicam, & indici ensabili in ab Ei i scopo, eo quod socius meus confessus est, nre committit. delictum, modo nihil contra me probatum sit.

14. Prelati etiam Regulares cum suis Religiosis, ut antiquo in quibusdam irregularitatibus, que proueniant ex delicto, dispensare possunt; ex Papæ vero privili. gij habet amplam facultatem, ut cum sibi i. bdnis in omni irregularitate ex delicto occulto proueniente dispensent. Claud. in compend. priuileg. societ. Iesu. verbo Prelatus. §. 3. & verbo dispensatio, ad finem. & simile priuilegium in concessum est Prædictoribus Pio V. & Minimis, & Coronis Regulari. S. Salvatoris a Iulio II. & Cisterciensibus a Gregorio XIII anno 74. Idemque priuilegium habent Ministri etiam pro exterioris, vt docet Henriquez lib. 14. cap. 9. §. 3. ubi ait, ita Remæ practicauit. Immodum Regulares concessum sit, vt in quaunque irregularitate dispensare valeant, excepta ea, quæ prouenient ex bigamia, & homicidio voluntario (sub quo intelligitur excepta dispensatio mutilatoris) possunt dispensare cum homicida casuali culpabilis nec non in irregularitate, quæ procedit sine vila culpa ex solo defectu lenitatis, v.g. cum Milite, cum lude, ob iustam occisionem, quæ non intelligitur nomine homicidij excepti, per homicidium enim exceptum, solum intelligitur factum iniustum, quod prohibetur in quinto præcepto Decalogi, a i.g. si homicidium, 23. q. 5. quod de sumptu est ex S. August. lib. 1. de lib. arbit. ca. 4. vi exp. se tradit Henriquez lib. 14. ca. 9. §. 3. & c. 19. §. 5. ibi in d.c. 9. addit, quod si Prelatus Regularis ex priuilegio priori speciali possit cum homicida voluntario dispensare non derogatur illi, dum in alio priuilegio excipiatur dispensatio irregularitatis ex homicidio voluntario. Cum eo autem qui intrare vult Religionem, poteat Prelatus dispensare, sicut etiam Ecclesiasticas violauerit, vt idem auctor testatur, citans priuilegia multorum summorum Pontificum; sicut etiam ex priuilegio Sixti IV. potest dispensare in foro conscientie in irregularitate homicidij, quando homo certus non est, quod occiderit, aut fuerit mandator, & causa sine qua non fieret homicidium.

Solutio quorundam dubiorum circa modos prædictos. Cap. XIV.

S V M M A R I V M.

1. Absoluendi facultas per Jubilenum, aut Bullas, a quibus cuncte easibus, censuris, penit. & sententijs, concessa, an facultatem dispensandi in irregularitatibus Papæ reservatis ex delicto tribuat.
2. Dispensatio in irregularitate ad absolutionem a peccatis non est necessaria.
3. Absoluendi facultas a censuris, non autem dispensandi in irregularitatibus, per iubileum quare concessa.
4. Dispensatio, res maior, & difficilior est, quam abolutione.
5. Dispensari ab irregularitatibus qualiter possint Episcopi, quæ non sunt Papæ reservatae.
6. Dispensandi facultas concessa ordinario a Papa si res ita se habeat, vt petitur, an morte Papæ expiret.
7. Gratia, & priuilegium, morte concedentis non expirant.
8. Dispensandi facultas concessa ordinario, an se extendat ad irregularitates ex obliuione inuincibili prætermisas.
9. Dispensationem, aut abolutionem ab irregularitate, vt censura petens, qualiter se gerere debeat.
10. Irregularitas, an tacite, & sine ullis verbis tolli a quo quam possit.
11. Dispensare censetur Episcopus, aut prælatus in irregularitatibus.